

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman I.D. &  
Codicis Professor, Ad Exequias quas Infanti Melitissimo Johanni Taddeln,  
Parentes moestissimi, ad hodiernam ... paratas expetunt, Omnes Academiae  
Cives officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809342>

Druck    Freier  Zugang



Schuckmann, H.

in J. Taddel.

Rostock 1640.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809342/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809342/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809342/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809342/phys_0003)

DFG



3  
192.

PROGRAMMA  
<sup>QVO</sup>  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**HENRICVS SCHVCKMAN**  
J. D. & Codicis Professor,  
*AD EXEQUIAS*  
quas  
*INFANTI MELLITISSIMO*  
**JOHANNI  
TADDELN,**

Parentes mœstissimi, ad hodiernam  
mediam primam, in templo Petrino, para-  
tas expetunt,


*Omnes Academia Cives officiosè invitati.*



**ROSTOCHII,**  
*Typis NICOLAI KILII Acad. Typogr.*  
ANNO M DC XL.

19

PROGRAMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSSOCHIENSIS  
HENRICUS SCHACKMAN  
I.D. & Codicis Prolego.  
IN AVGVSTI MCCCCLXXXII MO  
JOHANNI  
TADDELI  
PATERIS MOCULIUM ad posticium  
medicis puerum, ut iacobus Petrus Paster  
153 experitur  
Omnes Academici Curiosorum etiam  
ROSSOCHI  
D. NICOLAI RITI AKA. D. 1500.  
anno MDC X



Bens agitur, Ci-  
ves Academici, non-  
dum terminatus, quo  
Seniorem Septuage-  
narium fatali serie  
functum, ad dormi-  
torium usq; deduxi-  
mus. Dedicendus  
hodierno die Insans sstitutur, cui expon-  
rigere vitæ tam ne ad unicum semestre  
licuit. Tanta est fragilitatis humanæ tamq;  
luctuosa vicissitudo, quæ non extrema so-  
lum ætas, quæ satisfecisse ut plurimum na-  
turæ videtur, sed infantilis etiam, primo  
statim auspicio, in eandem mortalitatis Le-  
gem advocatur. Ipsi rerum facies quod  
suas vices habeat ortu & occasu intermix-  
tas, si quoquātralio, hoc præsertim tempo-  
re omnes advertimus. Flores, & colorum,

C 2

varic-

-230-1

varietate & odoris fragrantia præstantissi-  
mos, crederet aliquis longam spem promit-  
tere futuræ voluptatis, quamdiu in vigore  
constitutos conspexerit. Ubi verò flacces-  
sere eos videt, & caput ad terram demittere  
(quod uno vel altero die fieri potest)  
omnem spem perisse reipsa sentit, ibiq;  
quanto planius frontem explicuerat flore  
adhuc stante, tanto pressius eodem delapso  
contrahere solet. In humanis rebus simile  
quid deprehendimus. Nascuntur prijs  
Conjugibus liberi; illis feliciter in lucem  
editis, boni ominis indicia ostenduntur,  
quibus permoti Parentes fidem sibi faciunt,  
fore, ut horum adminiculo fama nominis  
sui ad seram transeat, si quæ ventura est,  
posterioritatem: aut verò si à primis ungu-  
culis suscepitam à se prolem tenuiori valetu-  
dine & viribus minus integris esse cognos-  
cunt, indies eam melius habituram, & in-  
firmitate propediem superata, plenius robur  
cum animi tum corporis ex divinâ gratiâ  
acquisituram sperant: Interea autem sçpè  
accidit, ut parentum corda, opinione citius,

tener-

renerrimis corpusculis impetu morbi mor-  
tisq; prostratis, mœrore involvantur, qui  
tantò intensor esse consuevit, quantò con-  
cepta spes, quâ cecidisse se dolent, præcla-  
rior antea fuit. Exemplum producimus  
ex hodierno funere, quo d' filio lo suavissimo  
**JOHANNI TADDELI** Φιλόσοφο Paren-  
tes adornant. Nulli enim dubitamus, quin  
mostissimus Parens, Vir Reverendus atque  
Clarissimus Dn. M. ELIAS TADDEL,  
Pastor Templi Petri vigilansissimus, fau-  
tor & amicus noster; ut & Lectissima omni-  
umque muliebrium virtutum splendor  
conspicua foemina, KÖNIGUNDA Lili-  
kown singulari gaudio perfusi fuerint,  
posteaquam dulcissimi matrimonij, quod  
superiori anno contraxerant, certissimum  
pignus, sub initio currentis anni die 30. Ja-  
nuarj circâ tertiam pomeridianam, ex ma-  
nu cœlestis Numinis se accepisse vidissent.  
Promiserant sibi ab eo tempore de nato  
filiolo istam ingenij fertilitatem, quâ &  
multis alijs emolumento illum futurum,  
& familiam ab honestissimis majoribus,

C 3

qui-

(quibus jam in æternam patriam translatus  
convivit) insigniter exornaturum crede-  
bant. (Avus namq; paternus ipsi fuerat  
BERNHARDUS TADDEL, Civis &  
Centumvir hujus civitatis integerrimus.  
Avia paterna CATHARINA Schnilo-  
wen/ Matrona laudatissima. Avus verò  
maternus Vir ac Civis hujus urbis huma-  
nissimus JOHANNES Lufow/ Avia  
materna KONIGUNDA Remers/ Rei  
familiaris studiosissima foemina, ) Verum  
enim verò, quemadmodum in totâ rerum  
Universitate nihil est, quod ad Constantiæ  
cacumen usq; adeò pertingat, ut nullis un-  
quam adversæ fortunæ procellis concutia-  
tur; ità horum Parentum Spes ac Lætitia,  
nec visa est ad quatuor menses nondum  
expletos prorogari, nec intra eorum decur-  
sum planè intaminata remansit. Lætissimos  
quidem eos esse factos oportet, simulac  
filium suum non modò vivum & salvum  
in lucem productum, sed & sanguine Sal-  
vatoris in S. Baptismate lotum aq; à peccati  
reatu mundatum, gratissimo amplexu ex-  
cep-

ceperunt. Quod vero obstatum huic  
gaudio posuit, partim fuit nativa imbecil-  
itas, partim etiam supervenientes pustula-  
rum sordes, quibus macerari tenellum cor-  
pusculum ab ipso vitæ primordio usq; ad  
extremum finem, graviter doluerunt. Eisi  
autem nonnihil remisisse morbus videbatur,  
atq; ita mitiorem vultum ostendere cœ-  
perat benignior valetudo, biduo tamen  
antè obitum, pustulis intrà cutem se reci-  
pientibus, ad eas angustias redactum est  
enerve corculum, ut nudius tertius feriā  
ultimā Pentecostes, qui erat dies vigesimus  
sextus Maij; horā tertią matutinā, instar ly-  
chni fumigantis extingueretur. Dolori,  
quem ex insperato filiali discessu mœstissi-  
mi Parentes percipiunt, non exiguum le-  
vamen, Cives Academici, adferre poteritis,  
si frequentiori comitatu hodiè mediā primā  
in Æde Petrinā conventuri, exuvias piè de-  
nati pueruli terræ gremio solenni ritu infe-  
rendas deduxeritis. Significabitis officij hu-  
ijs promptitudine, quo affectu sitis in verbi  
divini Ministrum & Pastorem, de Ecclesiâ,

quæ

quaꝝ apud nos est, præclarè merentem, P.P.  
Rostochij sub sigillo Rectoratus d. 28. Maij  
Anno suprā centuriam decimam  
sextam, quadragesim-



das









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809342/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809342/phys_0016)

DFG

ceperunt. Quod vero obstat  
gaudio posuit, partim fuit nati-  
litas, partim etiam supervenien-  
rum sordes, quibus macerari ten-  
pisculum ab ipso vita primor  
extremum finem, graviter dolu-  
autem nonnihil remisisse morbus  
atq; ita mitiorem vultum osti-  
perat benignior valetudo, bidu-  
antè obitum, pustulis intrà cutes  
pientibus, ad eas angustias redi-  
enerve corculum, ut nudius te-  
ultimâ Pentecostes, qui erat dies  
sextus Maij; horâ tertîâ matutinâ  
chni fumigantis extingueretur.  
quem ex insperato filioli discessu  
fimi Parentes percipiunt, non exi-  
vamen, Cives Academicí, adferre  
si frequentiori comitatu hodiè me-  
in Æde Petrinâ conventuri, exuvia  
nati pueruli terræ gremio solenni-  
rendas deduxeritis. Significabitis o-  
jus promptitudine, quo affectu sitis  
divini Ministrum & Pastorem, de E



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032